

58.

1303, *Novembre* 5.*Testamento rogato da Francesco Urso prete e notajo presso il Bailo.*

Cum presbiter *Franciscus Urso* Sancti Raphaelis abreviasset testamentam quondam *Luche* uxoris quondam *Scandeli Remerij* filie *Benedicte Veddricule*, in quo reliquit Benedictam matrem suam Commissariam; et dictus presbiter sit in Armenia cum Baiulo, et oporteat illam commissariam habere illud testamentum ut possit illud expediri; Capta fuit pars quod subveniatur per cartam subventionis fiendam per unum ex cancellarijs cum clausulis consuetis, cum dictus Notarius sit absens.

[Magnus, 57].

59.

1305, *Maggio* 3.*Galee ritornate d'Armenia con merci.*

Quod fiat gratia *Jacobo Bocazo* quod possit adduci facere certam quantitatem grani de Apulia Venecias, quam de Corfu adduxit in Apuliam; quia galee que venerunt de Armenia non potuerunt ipsam accipere eo quod erant nimis honorate.

[Pilosus 84].

60.

1306, *Aprile* 8.*Imprestito per gli Ambasciatori di Cipro e d'Armenia.*

Quod fiat imprestitum de solidis duobus pro centenario pro Ambaxatis mittendis in Ciprum et in Armeniam.

[Capricornus, 10].